

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

**Beförderung einer Gesamtausgabe
der Quellenschriften deutscher Geschichten des Mittelalters.**

Sechzehnter Band.



Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1891.

Zwei Gedichte an einen Bischof.

Aus einer Trierer Handschrift.

Mitgetheilt von H. V. Sauerland.

Cod. 214 (1201) der Stadtbibliothek zu Trier, einst dem Martinskloster gehörig, 4^o, saec. X. ex., enthält nach 1) Ioh. Chrysostomi libr. de compunctione, 2) Vita Mariae Aegypt., 3) De conversione Theophili, 4) Nonnulla exempla ex vitis patrum auf den beiden letzten Blättern Verse an einen Bischof, von denen die des vorletzten Blattes nicht nur ein Acrostichon, sondern auch ein Mesostichon und Opistostichon bieten. Wer der darin angeredete 'Heribertus antistes dei' ist, lässt sich nicht mit Sicherheit bestimmen; am nächsten liegt aber, an Heribert von Köln zu denken, der 999 Erzbischof wurde; auf die Zeit gleich nach einem Amtsantritt würden die Verse II, 15 ff. wohl passen.

I.

1	Hic qui Melchisedec . . . H	et dilatavit	Iafet H
	Et dominus terra E	qui fixerat	astra supern . . . E
	Rector plasmato R	salvator et ipse	redemto . . . R
	In deitate patr I	stans parte	equalis ab omn . I
5	Booz qui elegit Io . . . B	et qui benedixit	Iaco B
	Ex qua progeni E	surrexit vita	Mari E
	Regnantem sempe . . . R	quem duxerat	inclita mate . R
	Te ipse regat salve . . T	longo (!) pater	optime serve T
	Ut prospero curs U	transacto pontificat U	
10	Semper conregne S	ubi gaudet	semper et AGNE S
	Antistes summ A	virtute elatus	ad alt A
	Nunc celi specime . . . N	gestas et pectore	nume N
	Te quia delegi T	sapientem valde	replevi . . . T
	Ingeniti et genit I	virtus spiraminis	alm I
15	Sacratum pectu S	hinc splendet	sicuti Phoebu . S
	Te nunc ecce rogan . . T	tibi servi cordeque	claman . T
	Et mentis trita E	clemens ne verbula	spern . . E
	Sic pater et natu S	salvet te spiritus	almu S
	Donec in arce Davi . . D	plaudas cum principe	Davi . D
20	In qua sunt sanct I	gaudentes	laudibus AGN . . I

II.

- 1 Assiduus clamor dominis est maximus angor;
 Ad te clamabo, quia te constanter amabo.
 Debueram melius quod non, sed polleo peius.
 Omnis res mecum pendet, ceu vitis ad ulmum,
 5 Consiliis vacuus, velud est ex fructibus alnus,
 Hic nihil augebo, sed perdita prima dolebo.
 Fucus enim vilis sumit mihi nectara mellis;
 Quicquid apis confert, hoc fucus inutilis aufert.
 Omnia que tenui sic turpiter evacuavi.
 10 Prima nec obtineo, nec ad altera prosper abibo.
 Presul et antistes, vita sitis hac bene sospes,
 Gratia celestis confirmet tempora vobis
 Et vos custodiat, nimius quem clerus adorat.
 Temporibus vestris sit pax et gloria felix.
 15 Vivitur in mundo iam nunc rumore sinistro;
 Quinimo egrotat, quia magna superbia regnat,
 Omnis et est populus per inania multa iocosus.
 Sufficit, ut taceam, ne sim lapsurus in iram;
 Sepius auget homo dampnum sibi vera loquendo,
 20 Ad te, mi senior, speciali laude revertor.
 Ex propriis meritis vicio nec fraude notaris.
 Queso recordari tabula signata priori.
 In te confido, quantum virtutis habebo;
 Tu decus omne tuis certa sub sorte probaris.
 25 Gaudia mortalis pompe non falsa requiris.
 Qui tibi subduntur tua vel precepta sequuntur.

Die folgende Zeile ist ausradiert; die Schrift der nächstfolgenden letzten Seite ist ausgelöscht worden.
